A[...] non potest hic calix transire
[...] illum fiat voluntas tua. Ps.

Per huius domine operationem misterii et vitia nostra purgentur et iusta desideria compleantur. Per. Feria ii.

Iudica domine nocentes me expugna impugnantes me apprehende arma et scutum et exurge in adiutorium me[um] ... domine virtus salutis mee

Effunde frameam et conclude adversus Colla.

Da quesumus omnipotens deus ut qui in tot adversis ex nostra infirmitate deficimus intercedente unigeniti filii tui passione respiremus. Per dominum. Ysaie prophete.

In diebus illis Dixit Ysaias. Dominus deus aperuit mihi aurem ego autem non contradico retrorsum non abii. Corpus meum dedi percutientibus et genas meas vellentibus faciem meam non averti ab increpantibus et conspuentibus in me. Dominus deus auxiliator meus et ideo non sum confusus Ideo posui faciem meam ut petram durissimam et scio quoniam non confundar. Iuxta est qui iustificat me quis contradicet mihi? Stemus simul

quasi vestimentum [...] comedet eos. Quis ex vobis timens dominum audiens vocem servi sui qui ambulavit in tenebris et non est lumen ei, speret in nomine domini et innitatur in deum suum. Gr.

Exurge domine et intende ad iudicium meum deus meus et dominus meus in causam meam.

Effunde frameam et conclude adversus [...] eos qui me persequuntur

In illo tempore. Ante sex dies. Secundum Iohannem pasche venit Ihesus Bethaniam ubi fuerat Lazarus mortuus quem suscitavit Ihesus. Fecerunt autem ei cenam ibi et Martha ministrabat. Lazarus vero unus erat ex discumbentibus cum eo. Maria vero accepit libram unguenti nardi pistici preciosi

[quare hoc] unguentum non vendidit trecentis denariis et datum est egenis. Dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat et loculos habens ea que mittebantur portabat. Dixit ergo Ihesus: Sinite illam ut in diem sepulture mee servet illud. Pauperes enim semper habetis vobiscum, me autem non semper habebitis. Cognovit ergo turba multa ex Iudeis quia illic est, et venerunt non propter Ihesum tantum, sed ut Lazarum viderent quem suscitavit a mortuis. Cogitaverunt autem principes sacerdotum ut et Lazarum interficerent, quia multi propter eum abibant ex Iudeis et credebant in Ihesum. In crastinum autem turba multa que venerat ad diem festum, cum audissent quia venit Ihesus Ierosolimam, acceperunt ramos palmarum et processerunt obviam ei et clamabant: Osanna, benedictus qui venit in nomine Domini rex Israel. Et invenit Ihesus asellum et sedit super eum, sicut scriptum est: Noli timere filia Syon, ecce rex tuus venit sedens super pullum asine. Hec non cognoverunt discipuli eius primum, sed quando glorificatus est Ihesus, tunc recordati sunt quia hec erant

mento et suscitavit eum a mortuis. Propterea et obviam venit ei turba, quia audierunt eum fecisse hoc signum. Pharisei ergo dixerunt ad semet ipsos: Videtis quia nichil proficimus, ecce mundus totus post eum abiit. Erant autem gentiles quidam ex his qui ascenderant ut adorarent in die festo. Hii accesserunt ad Philippum qui erat a Bethsaida Galilee, et rogabant eum dicentes: Domine, volumus Ihesum videre. Venit Philippus et dicit Andree, Andreas rursum et Philippus dixerunt Ihesu. Ihesus autem respondit eis dicens: Venit hora ut clarificetur Filius hominis. Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam perdet eam, et qui odit animam suam in hoc mundo in vitam eternam custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur, et ubi sum ego illic et minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus qui est in celis. Nunc anima mea turbata est, et quid dicam? Pater, salvifica me ex hora hac. Sed propterea veni in horam hanc. Pater, clarifica nomen tuum. Venit

mali gessit. Et dicebat ad ihm. Dne memento mei dum ueneris in regnum tuum. Et dixit illi ihc. Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Erat autem fere hora sexta et tenebre facte sunt in uniuersa terra, usque in horam nonam. Et obscuratus est sol, et uelum templi scissum est medium. Et clamans ihc uoce magna ait. Pater in manus tuas commendo spm meum. Et hec dicens, expirauit. Videns autem centurio quod factum erat, glorificauit deum dicens, Vere hic homo iustus erat. Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud, et uidebant que fiebant, percutientes pectora sua reuertebantur. Stabant autem noti eius a longe, et mulieres que secute eum erant a galilea hec uidentes. Et ecce uir nomine ioseph qui erat decurio uir bonus et iustus, et hic non consenserat consilio et actibus eorum ab arimathia ciuitate iudee qui expectabat et ipse regnum dei. hic accessit ad pilatum, et petiit corpus ihu. Et depositum inuoluit sindo[ne], et posuit in monumento ex[ci]so in quo nondum quisquam positus fuerat. Of.

Domine exaudi orationem meam et clamor meus ad te

Purificat nos misericordia dei et ecclesie tue preces que tibi grate sunt pia munera deferentes, fiant expiatis mentibus gratiores. P.

Commun.

Potum meum cum fletu temperabam quia eleuans allisisti me et ego sicut fenum arui tu autem domine in eternum permanes tu exurgens misereberis sion quia uenit tempus miserendi eius.

P. commun.

Largire sensibus nostris omnipotens deus ut per temporalem filii tui mortem quam misteria ueneranda testantur, uitam nobis te dedisse perpetuam confidamus. P.

Sup populum.

Respice domine quesumus super hanc familiam tuam pro qua dominus noster ihc xpc non dubitauit manibus tradi nocentium et crucis subire tormentum. P. In cena.

Nos autem gloriari. P. S. domini.

Deus a quo et iudas reatus sui penam et confessionis sue latro premium sumpsit concede nobis tue propiciationis effectum, ut sicut in passione sua ihc xpc dominus noster diuersa utrisque intulit stipendia meritorum, ita nobis ablato

[illegible]

Ante diem pasche sciens [illegible]
quia venit hora eius ut [illegible]
de ad patrem cum dilexisset [illegible]
erant in mundo in finem dilexit [illegible]
Et cena facta cum diabolus iam [illegible]
set in cor ut traderet eum [illegible]
mon Scariotis sciens quia omnia [illegible]
pater in manus et quia a deo exivit [illegible]
ad deum vadit. surgit a cena [illegible]
vestimenta sua et cum accepisset lin[illegible]
[illegible] precinxit se deinde mittit
[illegible] aquam in pelvim et cepit la-
vare pedes discipulorum et ex[illegible]
linteo quo erat [illegible]
[illegible]